

ipsis recipiunt. Symbolum hic agnoscere eos scribit de illius more scholae.<sup>6</sup> Ignem quidem in medio aiunt, opificem potentiam e medio, totam terram nutrientem et frigidum eius excitantem.<sup>i</sup> Quare alii Iovis turrim ipsum vocant, sicut ipse in Pythagoricis exposuit, alii Iovis custodiam ut in his, alii Iovis thronum, ut alii referunt. Astrum<sup>ii</sup> vero terram dicebant veluti instrumentum et ipsam temporis. Symbolice ergo, mystice, allegorice ipso etiam bis teste haec a Pythagoreis dicebantur, cur ergo accusantur praeter veritatem a philosopho veracis nomen profitente? Cur argutiolis insectantur?

10 Sed non libenter ab his desistit, aliud cavillum in eosdem nectit 1. De elementis capite 1:<sup>7</sup> Quidam enim naturam ex numeris constituunt: veluti aliqui Pythagoreorum.

### Pythagorei numeri declarantur [in margine]

15 Sed quoniam in numeros incidimus ac omnes posthac recensendae a nobis sunt obiectiones, quae numeros habent, operae precium non minimum esse arbitror praefari huic rei quaedam, ex quibus pateat, quid sibi Pythagorei cum his numeris voluerint.

20 Id enim magnos quoque viros torquere solitum esse, non est obscurum. Multosque se potius omnes Peripateticos ab hinc CCCC annis esse persuasos tam stolidos philosophos Pytha-

<sup>6</sup> πῦρ μὲν [τὸ μὲν πῦρ] ἐν τῷ μέσῳ λέγουσι [φασί] τὴν δημιουργικὴν δύναμιν {τὴν} ἐκ μέσου [τοῦ μέσου] πᾶσαν [ὅλην] τὴν γῆν ζωογονοῦσαν [τρέφουσαν], καὶ τὸ ἀπεψυγμένον [ψυχομένον] αὐτῆς ἀναθάλλουσαν [ἀνεγείρουσαν]. διὸ οἱ μὲν Ζηνὸς πύργον αὐτὸ καλοῦσιν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς [Πυθαγορείοις] ἱστόρησεν [διηγήσατο], οἱ δὲ Διὸς φυλακὴν, ὡς ἐν τούτοις, οἱ δὲ Διὸς θρόνον, ὡς ἄλλοι φασίν. ἄστρον [corr. ex ἀντρον] δὲ τὴν γῆν ἔλεγον ὡς ὄργανον καὶ αὐτὴν τοῦ χρόνου [Usp. Tekst jako različit od kritičkog izdanja SIMP. in Ph. 7.512.10 – 15]

<sup>7</sup> ἔνιοι γὰρ τὴν φύσιν ἐξ ἀριθμῶν συνιστᾶσιν, ὥσπερ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινές· [ARIST. Cael. 300a.16 – 17]

<sup>i</sup> Corr. ex excitans

<sup>ii</sup> Corr. ex antrum